



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

DE VERBI DEI VIRT. 235

excellens oratoris virtus, quidquam ef-  
fecit. Et tantum abest, vt ad gratiam re-  
dintegrandam homines persuaderen-  
tur, vt amplius etiā ad vindictam sint  
excitati. Quapropter infectis rebus ad  
Imperatorem redijt, qui ad pacem com-  
ponendam missus fuerat Hosius.

CAPVT V.

**C**Vm igitur hac contentione, pax  
Ecclesiarum nimium turbaretur, **Conciliū**  
& malum id ad summū excrescere cer-**Nicænum**  
neret Imperator, decantatissimam illā  
in Bithynia Nicænam Synodum pro-  
mulgat, & literis locorum omnium E-  
piscopos ad constitutam diem eō euo-  
cat, publicis asinis atque mulis & curra  
cibus equis, Episcopos, & qui cum eis  
erant, ad Synodum venire præcipiens.  
Non solum enim Episcopos publica ve-  
hebant vehicula & iumenta, publici e-  
qui & muli, verūm etiam eos, qui illos  
ministerij gratia comitabantur. Vbi Ar-  
rium, trecentis & octodecim Episcopis  
residentibus, adesse iubet, ac de eius  
propositionibus ac quæstionibus iudi-  
cari. Verūm cum per dies multos in E-  
h pisco-

IOANN. SLOT. GEF

piscoporum concilio, fidei quæstio verteretur, & nonnulli diuersa sentirent ac vehementer cœptis Arrij fauerent, conplures tamen erant, qui impium Arrij execrarentur incepsum. Cumq; in eodem concilio, esset confessorum magnus numerus sacerdotum, omnes Arrij nouitatibus aduersabantur. Fauabant verò ei viri in quæstionibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersi.

Per dies itaque singulos agitabatur con-

Nota Arri uentus, nec facile aut temerè de re tam um frequé ra statuere audebant. Euocabatur fre-  
tius euo- quenter Arrius in concilium, & assiduo  
catum in tractu, assertiones eius discutiebantur.  
concilium

Et quid aduersum hoc teneri deberet  
ant statui, summa cum deliberatione  
quærebatur. Verùm post diutinū mul-  
tumque tractatum, placet omnibus, ac  
velut vno curætorum ore & corde de-  
cernitur. Homousion, hoc est, eiusdē  
cum patre substantiæ filium scribi de-  
bere & confiteri, idque firmissima oī-  
nium sententia pronunciatur. Decem  
& septem soli tunc fuisse dicuntur, qui  
bus Arrij perfidia magis placeret, ex-

Homous-  
sion,

DE VI  
trinsecus c  
substantial  
tate proger  
tur ad Con  
ciliij senten  
latam vene  
obniti, ve  
nientem in  
rum. Sex ig  
untur exp  
filio inter f  
scribendum  
ius simula  
tit Nicome  
terim conc

H Is à  
sit al  
cilio celeb  
discordia i  
exposita co  
nisi scienti  
tia tantoru  
cto spiritu  
onem subt  
nem dubit

EF  
estio ver  
tirent ac  
rent, con  
im Arrij  
q; in eo  
rum ma  
nnes Ar  
r. Fau  
us calli  
aduersi  
atur con  
e re tan  
atur fre  
& assiduo  
ebantur  
deberet  
eratione  
nū mul  
ibus, ac  
orde de  
t, eiusdē  
scribi de  
sima oin  
Decem  
tur, qui  
eret, ex  
tria

DE VERBI DEI VIRT. 236

trinsecus creatum Dei filium ex nullis  
substantialibus, & nō ex ipsa patris dei  
tate progenitum confirmantes. Defer-  
tur ad Constantimum, sacerdotalis con-  
cilij sententia. Ille tanquam à Deo pro-  
latam veneratur. Cui si qui tentassent  
obniti, velut contra diuina statuta ve-  
nientem in exilium se protestatur actu-  
rum. Sex igitur soli cum Arrio se pati-  
untur expelli, reliqui verò vndeциm, cō  
filio inter se habito acquiescunt ad sub-  
scribendum manu sola, non mente. Cu-  
ius simulationis autor præcipue exti-  
tit Nicomediæ Episcopus Eusebius. In-  
terim concilium direptum est.

Eusebius  
Nicom-  
diæ Epis-  
copus Ar-  
rianus.

CAPVT VI.

H Is à concilio ita dispositis, scrip-  
fit absentibus quæ fuerunt à con-  
cilio celebrata, & iauitabat vt ab omni  
discordia recedentes, concordarent in  
exposita concilij fide, quæ nihil aliud  
nisi scientia Dei videretur, ex consonā  
tia tantorum & talium sacerdotū, san-  
cto spiritu constituta, & post inquisiti-  
onem subtilissimam, & animaduersio-  
nem dubitationum omnium compro-  
h 2 bata.